Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

habuerat preter complures alias mariamnem pontificis hyrcani
filiam de qua et filios allexandrum et aristologum susceperat. omnino vn-
decumque sive de foris sive de intus regale quippiam sperare posse presen-
serat seviebat in manibus belua simulque pontifices et suos filios
regales trucidabat. Vix ne se ipsum nisi cupide regnante ulla possit
inquietare persona, pullam huiusmodi suspicionem. Iam dudum quippe
regia cum sacerdotali familia permixta fuerat. Et ideo inutiliter preter
serebatur truculentus homicida nulli sceleri parcens. Non ab uxoribus
propriis, non a filiis occasione suborta ferrum differens, quo quidem filii
eius materno sanguine regiam contingebant progeniem. Unde quoniam vinceres
deus promissor fidelis. Unde iustificaveris adimplendo quod promisisti
et iurasti david. Cum quo spiritus clamans non desinebat in auribus tuis chri-
ste mei ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Nimirum
faciebat et disposuerat iustificari et vinci ex toto huius. Un impium
herodes immo dyabolus cum finiebat dyabolus herodes nichil posset sup-
plicari quod valet procedere ad celsitudinem throni. Hoc est quod continuo
prophetiam subiunxisti. Et egredietur virga de radice iesse et flos de ra-
dice eius ascendet et requiescet super eum spiritus domini. Capitulum xvi

De virga que est beata virgo maria. Et cur spiritui sancto placuit magis dicere de radice iesse quam de radice david. Et quomodo david unctus fuit rex in domo iesse patris sui.

Ubicumque christiana ut katholica fides ipsa suis auribus audivit
et ipsa videt suis interioribus oculis quod virga ista virga gra-
cilis et pulchra virga humilis quidem sed recta beata est virgo Maria
Et flos qui de virga ista ascendit fructus ventris eius est christus filius
dei et virginis filius est. In quo quem promisit deus fidelis et verax in-
ventus est qui iuravit deus iustus et sanctus comprobatus est. Querendum
vero hic est. Cur placuit spiritui sancto dicere egredietur virga de radice ies-
se magis quam dicere de radice david sive abrahe quibus promisit quibus
deus iuravit. Ad hec inquam. Si dixisset de radice david dictionem qui-
dem pronunciaret veritate promissionis sed ipsa dictio minus contineret sacra-
menti. Nunc autem plus habet misterii quia cum proemio veritatis tendens
in semetipsum david. Innuit nos mittit in secretum patrie domus eius
in eonem temporis ut dici quo missus est propheta samuel ad ungen-
dum regem quem pre ceteris saule pudeverat sibi dominus in filiis iesse
qui et ysay. Quomodo enim dictum. Quomodo enim factum est. Vitulum
inquit domine de armento tolles in manu tua et dices ad ymolandum
domino veni. Timebat enim samuel. Audiet inquit saul et interficiet